

Dalla *civitas* al *comitatus*.
Artigiani nel vicariato di Galliera nel tardo Trecento

Alessandra Cianciosi

ASBo, *Ufficio dei Vicariati, Galliera*, 4 (1390-1394), ms. cartaceo con copertina membranacea, mm 317 × 223. Costituito da 26 cc. prive di numerazione e quindi da noi numerate a matita; legatura originale. Sono presenti alcune cc. bianche: 1r-v, 25v, 26r-v. Si riscontra un'unica mano notarile; sul margine sinistro lo stesso notaio annota solitamente il nome del personaggio che denuncia il danno o il reato. Come intestazione di ogni carta il notaio riporta solitamente la data (qualora la data sia invariata rispetto alla carta precedente scrive "Dicta die"). La lingua è latina, ad eccezione di una preghiera (c. 5r), di un mandato degli Anziani (c. 14v) e di due gride (c. 7v, c. 17v) scritti in volgare; è stato impiegato inchiostro bruno. In tre casi, corrispondenti sempre all'*invocatio*, l'iniziale di paragrafo presenta semplici tratti decorativi e una dimensione nettamente maggiore rispetto alle altre iniziali di paragrafo. Sulla coperta lo scritto coevo: "Liber vicarii Galerie MCCCLXXXIII per primis" e altre scritte di epoca successiva: "Vicariato Galliera 1393" ad inchiostro nella parte centrale, "1393" a matita blu sul margine in alto a sinistra, e il numero "48" ad inchiostro in basso al centro (tutte di mano recente, sec. XX). Sono inoltre presenti alcuni monogrammi con simboli cristologici ad inchiostro (forse di età moderna). Lo stato di conservazione è ottimo.

Le maiuscole e la punteggiatura rispecchiano l'uso moderno. Si sono utilizzate le parentesi tonde per parole, sillabe, oppure lettere di lettura incerta, e per lo scioglimento dubbio di alcune abbreviature. Tutti gli altri casi sono segnalati in nota di volta in volta. Le parentesi angolari indicano la presenza di un *lapsus calami* da parte del redattore. Le doppie barre oblique indicano il passaggio alla carta successiva.

ASBo, *Ufficio dei Vicariati, Galliera*, 4 (1390-1394)

Nel quaderno sono registrate le denunce e le conseguenti procedure giudiziarie, in materia civile, amministrate dal vicario di Galliera durante il primo semestre del 1393 (gli estremi delle date riportate sono 1 gennaio e 28 giugno 1393). Si è deciso di trascrivere per intero l'*intitulatio* o *protocollo* del registro con l'*invocatio* e la nomina del vicario e la sottoscrizione notarile, seguite dalla *littera officii* degli Anziani di Bologna e dalla *satisdatio nuptii*. Segue poi la trascrizione integrale delle procedure in cui compaiono tra i protagonisti i personaggi: *magister Petrus condam magistri Francisci*, *Tomas sartor* e *magister Franciscus sartor*.

c. 2r-v

In Christi nomine, amen. Hec sunt quedam acta civilia facta et agitata coram nobili viro ser Dinadano condam Ghuroni de Sala honorabili vicario pro magnifico et potenti comuni et populo civitatis Bononie terre Gallerie comitatus Bononie et aliarum terrarum dicto vicariatui subiectarum et scripta per me seu manu mei Branche condam

ser Petri de Theucis notarii et nunc notarii dicti domini vicarii. Sub annis Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio, indictione prima, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Bonifacii pape noni, diebus et mensibus infrascriptis.

Die prima ianuari
Littera officii^a.
Antiani Bononie et cetera.

Dilecto nobis nobili viro Dinadano de Sala civi nostro salutem. Observantes formam inbursellationis offitiorum comunis nostri cuius vigore legitime extractus fuisti in vicarium Gallerie pro semestri die crastina incohando. Te de cuius sufficientia et legalitate confidimus cum salario emolumentis comodis et incomodis solitis confirmamus, mandantes omnibus massariis et personis dicto vicariatu subiectis quatenus tibi in concernentibus offitium antedictum plene pareant et intendant et de salario respondant congruis temporibus cum effectum. Datum Bononie die ultima decembris MCCCLXXXIII, prima indictione.

Die secunda ianuari
Satisdatio nuptii^a.

Conparuit coram nobili viro Dinadano de Sala honorabili vicario terre Gallerie et aliarum terrarum dicto vicariatu subiectarum sedente pro tribunali ad banchum iuris suum pro iure redendo positum in domo ressidentie dicti domini vicarii possita in terra Gallerie comitatus Bononie iuxta flumen Gallerie, iuxta Nanem de Taiafferis et iuxta Iohannem condam Mighiorini de Bidinis notari et hora iuridica Berthus condam ser Chelai de terra Gallerie et offert se paratum servire dicto domino vicario et eius curie in offitio numptii et dictum offitium bene et legaliter facere prout tenetur de iure et secundum formam statutorum comunis Bononie. Qui dominus vicarius sedens ut supra detulit dicto Bertho presenti, audienti et intelligenti sacramentum quod dictum eius officium bene et legaliter et cum bona fide geret et exercebit, et bonam conscientiam in dicto offitio adibeat remotis amore, timore, prece, precio, odio, lucro vel dampno suo vel alieno et omni alia humana gratia prout tenetur et debet de iure et secundum formam statutorum comunis Bononie, sub penam et ad penam viginti quinque librarum bononinarum. Et quod sub dicta pena exercebit dictum eius officium prout tenetur et quod consignabit omne id quod ad manus suas pervenerit ad voluntatem dicti domini vicarii. Qui Berthus manu tactis scripturis iuravit corpolariter ad sancta Dei euangellia se predictum officium bene et legaliter exercere et facere prout debet et tenetur secundum formam statutorum comunis Bononie et prout in delatione sacramenti continetur.

Pro quo Bertho et eius precibus et mandatis Iacobus condam Dulcini de Dulcinis habitator terre Gallerie existit fideiussor. Renuptians et cetera.

Presentibus Matheo condam Marchetti de Tertona habitatore Gallerie et Toma condam Dominici sartore qui dixit se dictum Berthum cognoscere esse habitatorem Gallerie testibus et cetera.

cc. 3v-4v
Die tertia ianuari
Comissio et relatio^a.

Dictus dominus vicarius sedens ut supra imposuit et mandavit Berto numptio predicto ut vadat, citet et requirat Bertholomeum vocatum Sacomano de terra Gallerie qua-

tenus hodie debeat comparere coram dicto domino vicario responsurum de iure Tome procuratori Nanini de Saviis de Cento. Et hec omnia ad petitionem dicti Tome. Retulit dictus Bertus se ivisse et personaliter citasse dictum Bertholomeum pro dicta hora. Et hoc ad petitionem predicti Tome, instantiam et cetera.

Constitutus personaliter in iudicio coram dicto domino vicario sedente ut supra.

Tome procuratoris Nanini de Saviis^a.

Bertholomeus vocatus Sachomanus ad petitionem, instantiam et requisitionem Tome Dominici procuratoris Nanini de Saviis de Cento petentis ab eo libras quinque bononinorum pro panno eidem Bertholomeo per dictum Naninum vendito et tradito. Interrogatus per dictum dominum vicarium sedentem ut supra si predicta narata et exposita per dictum Tomam sunt vera nec ne, sponte confessus fuit se esse debitorem dicti Nanini in soldis viginti sex bononinorum pro pano eidem dato et tradito. Qui dominus vicarius, audictis et intellectis predictis, omni modo iure et forma quibus melius et magis potuit, statuit dicto Bertholomeo presenti et intelligenti terminum decem dierum infra quem debeat dare et solvere ac dedisse et solvisse dicto Tome procuratori dictos soldos viginti sex bononinorum et expensis alliter et cetera. Et dicto Tome procuratori terminum decem dierum infra quem debeat probare ac probavisse de omnibus suis incumbendis alliter et cetera. Et hec omnia partibus presentibus.

Presentibus Matheo Marchetti de Tertonata habitatore Gallerie et Francischo condam Chechi de Galeria.

Die quinta ianuari

Comissio et relatio^a.

Dictus dominus vicarius sedens ut supra comisit, imposuit et mandavit Bertio nuptio predicto audienti et intelligenti quatenus vadat, citet et requirat Berthum Iohannis de Rescheciis ut veniat incontinenti responsurum de iure Tome Dominici sartori procuratori Nanini de Saviis de Cento. Et hec omnia ad petitionem dicti Tome, instantiam et cetera.

Qui Bertus iens et rediens retulit citasse dictum Berthum in persona et pro dicta hora. Et hoc ad petitionem predicti Tome.

Constitutus personaliter in iudicio coram dicto domino vicario sedente et cetera.

Tome procuratoris Nanini de Saviis^a.

Berthus Iohannis de Rescheciis de terra Gallerie ad petitionem, instantiam et requisitionem Tome Dominici sartoris de Galeria^b procuratoris Nanini de Saviis de Cento et procuratorio nomine petentis ab eo libras quatuor et soldos sexdecim et denarios tres bononinorum pro pano eidem Bertho vendito et tradito per dictum Naninum. Interrogatus per suprascriptum dominum vicarium sedentem ut supra si predicta narata et exposita per suprascriptum Tomam nomine predicto fuerunt et sunt vera nec ne, sponte respondit, dixit et confessus fuit quod sic. Qui dominus vicarius, audictis predictis, vigore dicte confessionis statuit dicto Bertho presenti terminum quindecim dierum proxime venturorum infra quem debeat dare et solvere aut dedisse et solvisse dicto Nani no aut Tome procuratori predicto recipienti nomine predicto dictas libras quatuor et soldos sexdecim et denarios tres bononinorum et expensis alliter et cetera. Et hec omnia ad petitionem dicti Tome procuratoris, instantiam predicta fieri et cetera. Presentibus partibus predictis et cetera.

Dicta die

Relatio^a.

Retulit Berthus Colai numptius predictus se ivisse ex comissione dicti domini vicarii eidem facta ivisse et personaliter citasse Francischum condam Chechi de terra Gallerie pro incontinenti ut veniat responditurum de iure Tome, procuratoris Nanini de Saviis de Cento. Et hec omnia ad petitionem dicti Tome, instantiam et cetera.

Dicta die

Tome procuratoris Nanini de Saviis^a.

Constitutus personaliter in iudicio coram suprascripto domino vicario sedente ut supra.

Francischus condam Chechi de terra Galerie alliter vocatus Gabello ad petitionem, instantiam et requisitionem Tome Dominici sartoris procuratoris Nanini de Saviis de Cento petentis nomine predicto ab eo^c libras quatuor et soldos XVI et denarios 3 bononorum pro vino eidem vendito et tradito. Interrogatus dictus Francischus per suprascriptum dominum vicarium si predicta narata et exposita per suprascriptum Tomam procuratorem predictum fuerunt et sunt vera nec ne, sponte dixit atque confessus fuit se habuisse vinum sed non esse suum debitorem nixi in soldos triginta bononorum. Qui dominus vicarius, audictis et intellectis predictis, statuit terminum dicto Francischo presenti, audienti et intelligenti decem dierum proxime futurorum infra quem debeat dare et solvere ac dedisse et solvisse dicto Nanino aut Tome procuratori predicto recipienti procuratorio nomine predicto dictos soldos xxx bononorum alliter et cetera. Et hec omnia ad petitionem predicti Tome procuratoris predicti, instantiam et cetera et partibus presentibus.

Dicta die

Procuratoris Rolandi in Tomam sartorem^a.

Rolandus condam Iohannis habitator terre Macharetici comitatus Bononie sponte et ex certa scientia atque animo deliberato fecit, constituit et ordinavit Tomam condam Dominici sartorem habitatorem terre Galerie presentem et in se presens mandatum sponte suscipientem suum verum et legitimum procuratorem, actorem, f<a>c<t>orem et certum numptium spetialem spetialiter et expresse liti et cetera. Et generaliter et cetera. Item ad reluendum et absolvendum solventem et instrumentum absolutionis faciendum et cetera. Et generaliter et cetera. Promictens et cetera. Sub obligatione et cetera.

Presentibus Iohanne condam Petri de terra Macharetici qui dixit et cetera et Bertho condam Cholai de terra Galeria testibus et cetera.

cc. 7r-8r

Dicta die^d

Tome procuratoris Egani^a.

Dictus dominus vicarius sedens ut supra imposuit, comissit et mandavit Bertho Colai numptio presenti, audienti et intelligenti quatenus vadat, citet et requirat Antonium condam Amodei habitatorem terre Siviratici comitatus Bononie ut veniat responsurum de iure Tome Dominici sartori de Galeria procuratori domini Egani de Lanbertinis. Et hec omnia ad petitionem dicti Tome procuratoris predicti, instantiam predicta fieri.

Retulit citasse in persona.

Comparuit coram dicto domino vicario sedente ut supra Tomas Dominici sartor de terra Galerie procurator et procuratorio nomine domini Egani de Lanbertinis occaxione citationis quam fecit fieri ad sui petitionem de Anthonio Amodei et ipsum expectavit usque ad discessum a bancho dicti domini vicari et ipse non comparauit nec alius pro eo legitime. Quare petiit ipsum non audiri nisi reffertis expensis.

[...]

Dicta die

Comissio et relatio^a.

Dictus dominus vicarius sedens ut supra imposuit, comisit et mandavit Berto Colai eius curie iurato numptio presenti et intelligenti quatenus ex sui parte et mandato vadat, citet et requirat Bernardum condam Nicholai de Chastello habitorem terre Sancti Benedicti comitatus Bononie ut hodie veniat responsurum de iure Tome Dominici procuratoris Nanini de Saviis de Cento. Et hec omnia ad petitionem dicti Tome procuratoris, instantiam predicta fieri.

Retulit personaliter citasse.

Dicta die

Constitutus personaliter in iudicio ut supra et cetera.

Tome procuratoris Nanini de Saviis^a.

Bernardus condam Nicholai de Castello habitator terre Sancti Benedicti comitatus Bononie ad petitionem, instantiam et requisitionem Tome condam Dominici sartoris procuratoris Nanini de Saviis de terra Centi petentis ab eo libras quinque et soldos quinque et denarios III bononinorum pro pano eidem Bernardo tradito et vendito per dictum per superscriptum Naninum. Interrogatus dictus Bernardus per supradictum dominum vicarium si predicta narata et exposita per superscriptum Tomam fuerunt et sunt vera nec ne, et si est debitor dicti Nanini in dicta quantitate dicta de causa, sponte dixit et asseruit se habuisse panum sed vult calculationem cum dicto Nanino. Qui dominus vicarius, audictis predictis et intellectis, precepit et mandavit dicto Bernardo presenti, audienti et intelligenti quatenus hinc ad decem dies proxime secutorum debeat calculare et calculavisse ac ire et calculare et calculavisse rationem cum dicto Nanino alliter elapsso dicto termino habebitur pro confessato. Et hec presente dicto Bernardo et Toma procuratore predicto et ad eius instantiam dictam et cetera. Et presentibus Chomello condam Merchadini de terra Galerie et Dominico vocato el Brascho.

cc.11v-12v

Dicta die^e

Philippi de Muzarellis^a.

Retulit dictus numptius dicto domino vicario et michi notario actorum se ivisse et personaliter citasse Berthum condam Iohannis Reschecii de terra Gallerie pro incontinenti ut veniat responsurum de iure Tome sartori procuratori Philippi de Muzarellis. Et hec omnia ad petitionem dicti Tome.

Item Bertholomeum de Reschacis personaliter ad petitionem predicti.

Constitutus personaliter in iudicio et cetera.

Berthus condam Iohannis Reschecii de terra Gallerie comitatus Bononie ad petitionem, instantiam et requisitionem Tome Dominici sartoris procuratoris Philippi de Muzarellis petentis ab eo nomine predicti libras octo, soldos sex, denarios VIII bononinorum pro certis affitibus eidem Berto datis et locatis per dictum Philipum. Interro-

gatus dictus Berthus si predicta narata et exposita per dictum Tomam fuerunt et sunt vera nec ne, et si est debitor dicti Philipi in dicta quantitate et ex dicta de causa, dixit et sponte confessus fuit quod sic. Qui dominus vicarius, audictis et intellectis predictis, precepit dicto Berto presenti et audienti quatenus hinc ad terminum decem dierum proxime secutorum debeat dare et solvere ac dedisse et solvisse dicto Philipo dictas libras octo et soldos sex et denarios VIII bononinorum alliter et cetera.

Presentibus Colletto condam Nanis de Gognis de terra Gallerie et Iohane Mighiorini testibus et cetera.

Constitutus personaliter im iudicio et cetera.

Bartolomeus Reschacii vocatus Melone de Reschacii de terra Galerie comitatus Bononie ad petitionem, instantiam et requisitionem Tome condam Dominici sartoris procuratoris Philippi de Muzarellis petentis ab eo nomine predicto libras tres et soldos sex et denarios VIII bononinorum pro certis affittibus eidem Bertolomeo per dictum Philipum datis et locatis. Interrogatus per suprascriptum dominum vicarium si predicta exposita et narata per dictum Tomam sunt et fuerunt vera nec ne, et si est debitor dicti Philipi in dicta quantitate et ex dicta de causa, sponte dixit et confessus fuit quod sic. Cui Bartolomeo dictus dominus vicarius precepit quatenus hinc ad decem dies proxime futuros debeat dare et solvere ac dedisse et solvisse dicto Pphilippo dictas libras tres et soldos sex et denarios octo bononinorum alliter et cetera.

Presentibus Iohanne condam Mighiorini de Galeria et Iohanne ser Colai calzolario testibus et cetera.

In Christi nomine, amen. Nos Dinadanus condam Ghoroni de Sala civis Bononie vicarius terre Gallerie comitatus Bononie et aliarum terrarum dicto vicariatu subiectarum pro magnifico et potenti comuni et populo civitatis Bononie. Cognitor infra-scripte petitionis sive constituti coram nobis porrecte per Mengum filium Comelli de terra Gallerie comitatus Bononie. Cuius quidem petitionis sive constitutionis tenor talis est, videlicet: constitutus personaliter in iudicio et cetera. Muzolus condam Damiani de Sancto Antonio habitator terre Dalmanzatici comitatus Bononie et cetera. Demum ponantur dicta petitio sive constitutum ut supra im actis apparet. Demum dicatur vissa namque dicta petitione sive constituto et contentis im eis et visis responsione et negatione facta per dictum Muzolum viso termino dato et assignato dicto Mengho ad probandum de iuramento suo et fidem faciendum de contentis in dictis petitione sive constituto, visis citatione et pignoratione testis et eius dicto et attestato et eius iuramento, visa citatione, facta de Muzolo ad videndum plublicare dictum testis et eius attestationem ac totum processum et viso termino dictis partibus dato et assignato per nos ad accipiendum copiam tocius processus et ei opponendum. Et visis omnibus et singulis que im predictis videnda fuerunt, Christi ut premictitur eiusque matris Virginis gloriose tocisque celestis curie nominibus invocatis, sedentes pro tribunali ad nostrum solitum iuris banchum pro iure redendo hora iuridica positum in terra Gallerie comitatus Bononie in hiis scriptis diffinitive dicimus, sententiamus, pronumptiamus et absolvimus dictum Muzolum a suprascripta quantitate sex librarum bononinorum pro emendatione dicti vasis contenti in suprascripta petitione sive constituto. Et sic pro tribunali sedentes ut supra im hiis scriptis diffinitive dicimus, sententiamus, pronumptiamus et absolvimus in omnibus et per omnia ut superius dictum, lectum et scriptum est.

LECTA lata et im hiis scriptis sententialiter pronumptiata et declamata fuit dicta sententia per suprascriptum Dinadanum vicarium terre Gallerie pro tribunali sedente ad

suum solitum iuris banchum ut supra, presentibus dicto Mengho et Muzolo et presentibus Toma condam Dominici sartore de terra Galerie parcium cognitore, Iacobo condam Maxolini de terra Gallerie predicte, Bertolomeo filio Tunioli habitatore terre Carprarie de Plano comitatus Bononie, Comello condam Merchadini de terra Gallerie predicte testibus omnibus ad predicta adhibitis, vocatis et rogatis. Sub annis Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio, prima indictione, die vigesimo octavo mensis ianuari, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Boniffatii pape noni.

(S.T.) Ego Branca condam Petri de Theucis publice imperiali ac comunis Bononie auctoritate notarius et nunc notarius dicti domini predictis omnibus et singulis interfui rogatusque scribere predicta de man<da>to dicti domini vicarii publice scripsi subscripsi subscripsi.

c. 13v

Die tertia februari

Iohannis procuratoris Francisci de Macharetico^a.

Retulit Bertus numptius suprascriptus dicto domino vicario et michi notario actorum se ivisse et domui habitationi Stephani Dondi^f citasse ut hodie venia<t> responsum de iure Iohanni ser Cholai chalzolaro procuratori Francisci Petrucii de terra Macharetici. Et hec omnia ad petitionem dicti Iohannis, instantiam et cetera.

Constitutus personaliter im iudicio et cetera.

Stephanus Dondi de Sancto Petro in Caxale ad petitionem, instantiam et requisitionem Iohannis ser Colai chalzolari procuratoris Francisci Petrucii de terra Macharetici et dicto nomine petentis ab eo soldos quadraginta bononinorum pro actatione unius curus facta dicto Stephano per dictum Francischum. Interrogatus dictus Stephanus per dictum dominum vicarium si exposita et narata per dictum Iohanem procuratorem predictum fuerunt et sunt vera nec ne, et si est debitor dicti Francisci in dicta quantitate et dicta de causa, sponte dixit et confessus fuit se esse debitorem dicti Francisci in soldos triginta bononinorum dicta de causa. Cui Stephano dictus dominus vicarius precepit quatenus hinc ad decem dies proxime secuturos debeat dare et solvere ac dedisse et solvisse dicto Francisco aut eius procuratori dictos soldos xxx et expensis alliter et cetera. Et hec presentibus partibus. Et ad petitionem dicti Iohannis, presentibus Francisco sartore et Toma Dominici.

cc.15r -16v

Die vigesima octava februari

Magistri Petri^a.

Conparet coram vobis domino vicario sedente ut supra Petrus condam magistri Francisci de terra Galerie comitatus Bononie occaxione cuiusdam rescripti dominorum antianorum dicto domino vicario poretti per dictum ser Petrum. Et petit per vos dominum vicarium imponi debere Berto nostre curie iurato numptio quatenus vadat, citet et requirat si personaliter reperiri poterit, alliter domui habitationis si domum habitationis habet, alliter in triviis, viis publicis et pontibus Galerie ut moris est Guglielmmum de Gucinatis de Feraria heredem ut dicitur Francisci sui fratris ut hodie im vesperis veniat coram dicto domino vicario ad accipiendum copiam dicti rescripti et ei opponendum si vult vel alius pro eo legitime. Qui dominus vicarius precepit Berto predicto. Qui Bertus yens et redie<n>s retullit se ivisse et alta voce cridasse super pontibus Galerie et viis publicis citasse dictum Gulielmmum et omnia fecisse prout habuit im

mandatis, presentibus dompno Angnolo rectore ecclesie Sancte Marie de Gallerie, Mundino Sbrana et Nane Tonii de Taiaferris testibus et cetera.

Dicta die
Magistri Petri^a.

Conparet et venit suprascriptus magister Petrus coram dicto domino vicario occasione citationis qui fecit fieri de Gulielmo de Gucinatis de Feraria. Et ipsum expectavit usque ad horam competentem^s et ipso non veniente nec alio pro eo legitime contumaciam eius accusavit. Quare petit procedi ad ulteriora secundum quod in rescripto continentur.

Die prima martii
Magistri Francisci^a.

Retulit dictus Bertus numptius se ivisse et personaliter citasse Petrazanum de terra Sancti Alberti ut hodie veniat responsurum de iure magistro Francisco sartori procuratori Andrioli de Plebe Centi et hec omnia ad petitionem dicti magistri Francisci.

Dicta die
Magistri Francisci sartoris^a.

Constitutus personaliter im iudicio et cetera. Petrazanus de Sancto Alberto ad petitionem, instantiam et requisitionem magistri Francisci sartoris de Galeria procuratoris Andrioli de Plebe prope Centum petentis dicto nomine sodos quinqueginta bononinorum pro maisterio eidem Petrazano per dictum Andriolum prestito a curu. Interrogatus dictus Petrazanus per supradictum dominum vicarium si exposita et narata per dictum magistrum Francischum nomine predicto fuerunt et sunt vera ne, sponte dixit et asseruit atque confessus fuit se esse debitorem dicti Andrioli in dicta quantitate et dicta de causa. Qui dominus vicarius, audictis intellectis predictis, precepit dicto Petrazano audienti, presenti et intelligenti quatenus infra terminum decem dierum proxime secutorum debeat dare et solvere ac dedisse et solvisse dicto Andriolo aut eius procuratori dictos sodos quinqueginta alliter et cetera. Presentis partibus et ad petitionem dicti magistri Francisci instantiam et cetera. Et presentibus Iohanne ser Colai calzolaio et Galerano Dominici de Galeria testibus et cetera.

Die XVI^a martii

Coram vobis domino vicario sedente pro tribunali ut supra conparet et venit magister Petrus condam magistri Francisci de terra Galerie comitatus Bononie et dicit quod iam sunt xv anni et ultra quod nupsisse quandam suam filiam cuidam Francischo de Ghuzinatis de Feraria tunc habitatori terre Galerie. Et pro dote et nomine dotis dedit et numeravit dicto Francischo et Gulielmo eius fratri libras quinquaginta bononinorum ut patet publico instrumento dotis scripto manu Iohannis condam Migliorini de Galeria notarii seu manu cuius notarii. Et dicit quod dictus Francichus premortuus fuit et est dicta eius filia vivente post mortem dicti Francisci tunc temporis et nunc et dicit quod dictus Gulielmus fuit et est heres dicti sui fratris ut dicitur et dicit quod dictus Gulielmus non habitat in territorio Bononie et dicta dos fuerit et sit in casu restitutionis nec possit dictus Gulielmus cogi personaliter per dictum magistrum Petrum. Ex qua causa maximum dampnum redundat dicto magistro Petro et eius filie cum remaneat indotata nec abiliter de novo per dictum magistrum Petrum denuo possit dotari. Et ad hoc ut soboles procreentur petit dictus magister Petrus per vos dominum vicarium et vestrum

offitium attentis predictis si bona aliqua immobilia reperiuntur de bonis dicti Gulielmi in comitatu Bononie possessionem corporalem et tenutam ipsorum dicto magistro Petro dari aut iubere introduci denuo solemnibus atitatis dicta bona si reperiunt pro iusto pretio et personam insolutum adiudicari. Et petit expensas factas de fiendis vero protestatione. Et petit dictum Gulielmum citari prout moris est ut veniat ad accipiendum copiam presentis petitionis et ei opponendum alliter et cetera. Porecta et exhibita fuit dicta petitio horectenus per dictum magistrum Petrum coram dicto domino vicario. Qui dominus vicarius visa et audita dicta petitione et contentis in ea precepit Berto, eius curie iurato numptio, quatenus vadat, proclamet et alta voce cridet in locis publicis et consuetis terre Galerie et ibi citet et requirat dictum Gulielmum, aut eius procuratorem si quem habet, ut hodie in vespers veniat ad accipiendum copiam petitionis et ei opponendum, si quid vult alliter procedendum pro iure et statutorum comunis Bononie immo dotabitur et cetera. Qui Bertus iens et reditus retulit dicto domino vicario et michi notario attorum se ivisse et dictum Gulielmum in viis publicis et super pontibus Galerie, primo pulsata campana, citasse alta voce exclamando ut hodie in vespers debeat ipse vel alius pro eo legitime comparere coram dicto domino vicario ad accipiendum copiam petitionis et omnia alia fecisse que habuit im mandatis et cetera et cetera.

Dicta die

Comparuit coram dicto domino vicario sedente ut supra magister Petrus condam magistri Francisci de terra Galerie occaxione citationis quam fecit fieri de Gulielmo de Gucinatis de Feraria aut de alio pro eo legitime comparere debente et ipso nec alio pro eo legitime comparente contumanciam eius accusavit quare petiit procedi ad ulteriora et cetera.

c. 17r

Dicta die^h

Magistri Petri^a.

Comparuit magister Petrus magistri Francisci coram dicto domino vicario et petiit citari Guglielmum de Gucinatis de Feraria si reperiri personaliter potest vel ad domum habitationis si habet aliter in viis publicis et consuetis et super pontibus terre Galerie ut moris est ut hodie debeat comparere coram dicto domino vicario ad opponendum quicquid vult nec mictatur in possessionem unius domus posite im bastilione seu castro Galerie iuxta suos confines aliter elapso dicto termino et cetera. Qui dominus vicarius comisit Berto. Qui Bertus iems et rediens retulit se alta voce fecisse et cridasse dictam cridam et allia fecisse qui habuit im mandatis et cetera.

Dicta die

Magistri Petri^a.

Conparet dictus magister Petrus coram dicto domino vicario occaxione citationis quam fecit fieri de Gulielmo Ghucinato et ipso non veniente nec alius pro eo legitime ideo contumaciam eius accusavit quare petiit procedi ad ulteriora.

cc.18r-20v

Dicta dieⁱ

Comparuit magister Petrus condam magistri Francisci de terra Gallerie comitatus Bononie et petiit se mitti in tenutam et corporalem possessionem unius domus posite in castro Galerie iuxta foveas dicti castri, iuxta Michaellem de Malservixiis petens pre-

dicta fieri per vos omni modo iure et forma quibus magis et melius potestis cum solepnia precesserint. Qui dominus vicarius precepit Berto eius curie iurato numptio quatenus vadat et dictum magistrum Petrum in tenutam et corporalem possessionem mittat. Qui Bertus iems et rediens retulit dicto domino vicario et michi notario actorum se ivisse et dictum magistrum Petrum in tenutam dicte domus possuisse dando sibi de terra terreni dicte domus, presentibus Petro aurifice castelano dicti castri et Petro Iacobi de Malservixiis et cetera.

Die XXIII^r marcii
Magistri Francisci procuratoris Berti^a.

Retulit dictus Bertus se ivisse et personaliter citasse Bertolomeum Benedei Maloxelli ut veniat de iure responsurum hodie magistro Francisco sartori procuratori Berti Petri Surdi habitatoris Plebis prope Centum et hec omnia ad petitionem dicti magistri Francisci instantiam et cetera. Constitutus personaliter in iudicio et cetera. Bertolomeus Benedei Maloxelli ad petitionem, instantiam et requisitionem magistri Francisci sartoris procuratoris Berti^k Petri Surdi de Plebe prope Centum petentis ab eo nomine predicto libras duas, soldos decem et septem bononinorum pro maisterio sibi prestito in copriendo domos. Interrogatus dictus Bertolomeus per dictum dominum vicarium si predicta exposita et narata per dictum magistrum^l Francischum fuerunt et sunt vera nec ne, et si est debitor dicti Berti in dicta quantitate et dicta de causa, sponte confessus fuit quod sic. Cui Bertolomeo presenti et intelligenti dictus dominus vicarius precepit quatenus infra terminum decem dierum proxime secutorum debeat dare et solvere ad dedisse et solvisse dicto Berto aut eius procuratore dictam quantitatem pecunie debere et cetera. Et hoc presentibus dictis partibus et ad petitionem dicti magistri Francisci procuratoris, instantiam et cetera.

Die XXV^A marcii
Magistri Petri^a.

Comparuit coram dicto domino vicario sedente ut supra magister Petrus condam magistri Francisci de terra Galerie occaxione cuiusdam assignate missionis in possessionem et tenutam cuiusdam domus posite in castro Galerie tamquam de bonis Guglielmi de Gucinatis de Feraria. Et petit dictum Guglielmmum citari ut hodie veniat et comparere debeat coram dicto domino vicario ad elligendum et elligi videndum extimatores qui extimare debeant dictam domum, ita quod pro vero pretio possit dari in solutum dicto magistro Petro. Qui dominus vicarius comisit Berto. Qui Bertus iens et rediens retulit dicto domino vicario alta voce super pontibus publicis Gallerie citasse dictum Guglielmmum predicta die et hora et allia fecisse que habuit im mandatis. Presentibus^m Palmirollo de Dulciniis et Iacobello de Dulciniis.

Dicta die
Magistri Petri^a.

Comparuit coram dicto domino vicario sedente ut supra magister Petrus condam magistri Francisci de Galeria occaxione citationis quam fecit fieri de Guglielmo de Gucinatis de Feraria ut hodie debeat comparere coram dicto domino vicario ad elligendum et elligi videndum extimatores qui extimare debeant domum positam in castro Galerie tamquam de bonis dicti Guglielmi. Et dicto Guglielmo non comparente nec alio pro eo legitime ideo dictus magister Petrus contumaciam eius accusavit quare petit per vos dominum vicarium pro parte dicti Guglielmi elligi unum vel plures qui ha-

beant extimare dictam domum. Qui dominus vicarius vigore sui officii ellegit pro parte dicti Gulielmi Nanem condam Antonii de Taiafferris de Galleria et dictus magister Petrus pro parte sua ellegit et nominavit Iohannem condam Bertholomei de Bobus de Galleria omnibus esistentibus in presentia domini vicarii. Quibus dictus dominus vicarius detulit sacramentum quod dictam domum extimabunt pro vero et iusto pretio tam pro una parte quam per altera. Remottis amore, timore, prece vel pretio, lucro vel dampno suo vel alieno et alia humana gratia. Et hoc ad petitionem dicti magistri Petri, instantiam predicta fieri.

Dicta die
Magistri Petri^a.

Qui Nannes et Iohannes, manibus tactis scripturis, iuraverunt corpolariter ad sancta Dei evangelia remotis ut supra bene legaliter et cum bona conscientia extimare et extimationem dicte domus facere et pro eo precio quo extimabunt se fore paratos emere dictam domum. Et hoc presente dicto magistro Petro et ad eius petitionem et instantiam predicta fieri.

Die XXVI^a marcii
Magistri Petri^a.

Conparuerunt coram dicto domino vicario sedente ut supra Nannes condam Anthonii de Taiafferris de Galeria et Iohannes condam Bertholomei de Bobus de dicta extimatione a supradicts ad extimandam quandam domum positam in castro Galerie iuxta suos confines tamquam de bonis Guglielmi de Gucenatis de Feraria et suo sacramento dixerunt et extimaverunt dictam domum valor librarum quatuordecim bononorum ad iuxtum precium et non ultra. Et ipsi scirentⁿ dare dictam quantitatem et non plus et credunt dictum precium fore iuxtum et se paratos dare et solvere dictum pretium. Et hoc presentibus dicto magistro Petro et Matheo Marchetti.

[...]

Die vigesima septima marcii
Magistri Petri^a.

Retulit dictus Bertus se ivisse et super pontibus et viis publicis citasse exclamando alta voce Guglielmum de Guginatis de Feraria ut hodie per totam diem debeat comparere coram dicto domino vicario ad opponendum quicquid vult ne quedam domus posita in castro Galerie que asseritur esse de bonis suis detur in solum per sententiam magistro Petro magistri Francisci de Galleria alliter et cetera.

Dicta die
Magistri Petri^a.

Conparuit suprascriptus magister Petrus occaxione citationis quam fecit fieri de Gulielmo de Gucinatis de Feraria pro hodie per totam diem ut veniat ad opponendum si quid vult ne domum posita in castro Galerie tamquam de bonis suis detur in solum sibi. Et eo non comparente nec allio pro eo legitime contumaciam eius accusavit quare petiit procedi ad ulteriora videlicet ut citetur pro die trigessima ad audiendum sententiam qui dominus vicarius comissit Bertho.

Die vigesima octava marcii
Magistri Petri^a.

Retullit Bertus numptius dicto domino vicario et michi notario actorum se ivisse et in locis publicis et consuetis terre Gallerie citasse Guglielmum de Gucinatis de Feraria ut die trigesima presentis mensis debeat comparere coram dicto domino vicario ad audiendum sententiam per eum ferendam. Et hec omnia ad petitionem magistri Petri magistri Francisci, instantiam predicta fieri.

Die trigessima marcii
Magistri Petri^a.

Comparuit magister Petrus condam magistri Francisci de terra Gallerie occaxione citationis quam fecit fieri de Gulielmo de Gucinatis de Feraria pro hodie ad audiendum sententiam et ipso non comparente nec alio pro eo legitime contumaciam eius accusavit quare petiit fieri per dictum vicarium sententiam.

In Christi nomine, amen. Nos Dinadanus de Sala vicarius terre Gallerie comitatus Bononie et alliarum terrarum dicto vicariatu subiectarum pro magnifico potenti et excelso comuni et populo civitatis Bononie ac comissione magnificorum dominorum dominorum ancianorum populi et comunis civitatis prelibate. Cognitor infrascripte petitionis coram nobis porecte per Petrum condam magistri Francisci de terra Gallerie cuius quidem petitionis tenor tallis. Conparet coram vobis domino vicario sedente ut supra et cetera Petrus condam magistri Francisci et cetera. Demum ponatur dicta petitiō ut supra in actis apparet et cetera visis dicta petitione et in ea contentis, visa citatione facta de Gulielmo de Gucinatis de Feraria ut veniat ad accipiendum copiam rescripti et ei opponendum siquidem vult, visa accusatione contumacie de eo facta, visa productione instrumenti dotalis et debiti et citatione de eo facta ad accipiendum copiam ipsorum et eis opponendum, visa accusatione contumacie, visa missione in possessionem et citatione facta de dicto Gulielmo ad opponendum quicquid vult qui dictam missionem, vissa ellectione facta de extimatoribus, visa extimatione facta per ipsos, vissa citatione facta de dicto Gulielmo si vult aliquid opponere ne detur in solutum dicta domus dicto Petro, vassis citationibus de eo facta ad audiendum sententiam, visis omnibus mature que videnda erant, Christi ut premictitur eiusque virginis matris gloriosse Marie tocusque celestis curie nominibus invocatis sedentes pro tribunale ad nostrum solitum iuris banchum pro iure redendo hora iuridica positum in terra Gallerie comitatus Bononie, im hiis scriptis diffinitive dicimus sententiam pronuptiatam atque in solutum damus dicto Petro magistri Francisci dictam domum positam et confinam ut supra in actis apparet pro libris quatuordecim bononinorum, iuxta extimationem extimatores reservantes im residuo iura dicto magistro Petro. Et sic pro tribunale sedente ut supra im hiis scriptis diffinitive dictam sententiam pronumptiamus im solutum damus et reservamus in omnibus et per omnia ut superius dictum, lectum et scriptum est.

Lecta lacta et im hiis scriptis sententialiter pronuptiata et declarata fuit dicta sententia per suprascriptum Dinadanum vicarium^o Galerie pro tribunale sedente ad suum solitum iuris banchum ut supra presente dicto Petro et ad instantiam et absente dicto Gulielmo de Gucinatis tamen legitime citato et presentibus Matheo Chechi de Tertona, Berto ser Colai, domino dompno Agnolo rectore ecclesie Sancte Marie de terra Gallerie testibus omnibus ad predictam adhibitis vocatis et rogatis sub annis domini nostri Iesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo tercio, indictione prima, die trigesima mensis marcii, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Boniffacii pape noni.

(S.T.) Ego Brancha magistri Petri de Theucis publicus imperiali ac comunis Bononie auctoritate notarius et nunc notarius dicti domini vicarii predictis omnibus et

singulis interfui rogatusque scribere predicta et de mandato dicti domini vicarii subscripsi.

c. 21v

Die vigesima aprilis

Dominici sartoris^a.

Iacobus condam ser Martini de Plebe prope Centum sponte et animo deliberato fecit, constituit et ordinavit Tomam condam Dominici sartorem presentem et in se presens mandatum in se sponte suscipientem suum verum et legitimum procuratorem et cetera liti et causa et cetera. Promictens et cetera. Sub obligatione et cetera. Presentibus Celino condam Fini de Guastavilanis cognitore et cetera et Matheo condam Marchetti testibus et cetera.

Dicta die

Tome Dominici^a.

Retulit suprascriptus Bertus numptius dicto domino vicario et michi notario actorum se ivisse et personaliter citasse Martinum Michaelis pro hodie in vesperis ut veniat responsurum de iure Tome Dominici sartori procuratori Iacobi ser Martini de Plebe prope Centum. Et hec omnia a petitione dicti Tome instantia et cetera.

c. 23r-v

Die quarta iunii

Retulit suprascriptus Bertus se ivisse et personaliter citasse pro hodie in vesperis Albertinum Iohannis habitorem terre Caprarie de Plano ut veniat responsurum de iure magistro Francischo sartori de Galeria et hec omnia ad petitionem dicti magistri Francisci instantiam et cetera.

Constitutus personaliter in iudicio et cetera.

Magistri Francisci sartori^a.

Albertinus Iohannis^p habitator terre Caprarie de Plano ad petitionem, instantiam et requisitionem magistri Francisci sartoris de Galeria petentis ab eo soldos xx bononorum pro uno pari calciarum panni albi eidem venditi et traditi. Interrogatus dictus Albertinus per dictum dominum vicarium si predicta exposita et narata per dictum magistrum Francischum fuerunt et sunt vera nec ne, et si est eius debitor in dicta quantitate et dicta de causa, sponte negavit cum magistro Francischo dictus dominus vicarius statuit terminum decem dierum proxime secutorum ad probandum et fidem faciendam de incomitentibus sibi et cetera. Et hoc presentibus partibus predictis.

Dicta die

Retulit suprascriptus Bertus dicto domino vicario et michi notario actorum se ivisse et personaliter citasse pro die dominicha proxime ventura dictum Albertinum ad videndum iurare testes producendos per dictum magistrum Francischum. Et hec omnia ad petitionem dicti magistri Francisci instantiam et cetera.

cc. 24r-25r

Die vigesima octava iunii

Retulit suprascriptus Bertus numptius dicto domino vicario et michi notario actorum se ivisse et domui habitationis citasse Marchum Venturini habitorem terre Marcharetici pro hodie in vesperis ut veniat responsurum de iure magistro Iohanni con-

dam Petri sartori de Bononia. Et hec omnia ad petitionem dicti magistri Iohannis instantiam et cetera.

Constitutus personaliter in iudicio et cetera.

Marchus condam Venturini habitator terre Macharetici comitatus Bononie ad petitionem, instantiam et requisitionem magistri Iohannis condam Petri sartoris de Bononia petentis ab eo libras tres, soldos decem bononinorum pro una fideiussione facta dicto magistro Iohanni per dictum Marchum pro una zachetta de pignolato vendita et tradita pro suprascripto precio Petro Iohannis Zerbini. Interrogatus dictus Marchus ut supra si predicta narata et exposita per dictum magistrum Iohanem fuerunt et sunt vera nec ne, sponte confessus fuit quod sic. Cui Marcho dictus dominus precepit quatenus infra terminum decem dierum proxime secutorum debeat dare et solvere ac dedisse et solvisse dicto magistro Iohanni dictas libras tres et soldos decem bononinorum alliter et cetera. Presentibus partibus predictis. Et ad petitionem dicti magistri Iohannis instantiam predicta fieri. Et presentibus Iohanni ser Cholai et Toma Dominici sartore testibus et cetera.

[...]

Dicta die

Existens in presentia dicti domini vicarii Tomas Dominici sartor habitator terre Galerie primo delato sibi sacramento per dictum dominum vicarium quid sit de contentis infra, scilicet si aliquid sit quod magister Francischus sartor unquam dederit et tradiderit vii corbas vini et dimidia Anthonio .. capitaneo ad presens in turri Virger et quid sit de hoc suo sacramento testificando dixit se scire tantum hoc, videlicet quod existens super ponte mortuo extra rastellum castrum Galerie cum dicto Anthonio dictus Anthonius du<m> haberetur inter eos mentio de debitis eorum dixit: «Laudetur dictus quod non teneor alicui nixi magistro Francisco sartori pro vii corbis et dimidia vini michi venditi et traditi per eum pro soldis xv bononinorum.» Pro quolibet corbe interrogatus quomodo sit hoc, dixit quod presens erat dum dixit ista verba et audivit eo proferente ista verba.

Interrogatus quibus presentibus, dixit dicto Anthonio et magistro Francisco sartore et Estorgio de Vizano terre vicariatus Galerie. Interrogatus quantum tempus est, dixit duo anni vel circha. Interrogatus super generalibus, respondit generaliter.

Dicta die

Existens in presentia dicti domini vicarii Poncetis condam Iohannis de Loreno habitator terre Galerie primo sibi delato sacramento per dictum dominum vicarium quid sit de contentis infra, scilicet si aliquid sit quod magister Francischus sartor unquam vendiderit et tradiderit vii corbas et dimidia vini pro soldis xv bononinorum pro quolibet corbe Anthonio .. capitaneo ad presens in turri Virge et quid sit de hoc suo sacramento testificando dixit se scire tantum hoc videlicet quod cum staret in turri Galerie cum capitaneo tunc temporis, dictus Anthonius emit vii corbas et dimidiam pro soldis xv pro quolibet corbe a magistro Francischo sartor<e> de Galeria, quod vinum dictus Anthonius recepit et habuit a dicto magistro Francischo. Interrogatus quomodo sit hoc, dixit quia erat presens et famulus dicti Anthonii et inv<en>it dictum Anthonium portare dictum vinum super turrum Galerie. Interrogatus quibus presentibus, dixit pluribus sed de nominibus non recordatur. Interrogatus quomodo hoc sit, dixit quia presens fuit. Interrogatus quantum tempus est, dixit duo anni vel circha. Interrogatus quatenus

est^d, dixit quadrigenis. Interrogatus quam partem velet vi(ncere) dixit ius habentem. Interrogatus super generalibus, respondit generaliter.

(S.T.) Ego Brancha condam ser Petri de Theucis publicus imperiali ac comunis Bononie auctoritate notarius et nunc notarius dicti domini vicarii predictis omnibus et singulis suprascriptis interfui et predicta omnia et singula suprascripta de mandato dicti domini vicarii publice scripssi subscripsi subscripsi.

^a Scritto sul margine sinistro. ^b Segue cancellato petentis. ^c Segue cancellato soldos viginti octo. ^d Si tratta del 12 gennaio. ^e Si tratta del 24 gennaio. ^f Stephani Dondi nell'interlinea superiore. ^g Lettura dubbia per competentem. ^h Si tratta del 17 marzo. ⁱ Si tratta del 23 marzo. ^j Segue cancellato inpo. ^k Segue ripetuto Berti. ^l Segue cancellato Petr. ^m Segue cancellato ma. ⁿ Lettura dubbia per scirent. ^o Segue ripetuto vicarium. ^p Con segno di abbreviazione in più. ^q est nell'interlinea superiore.

Gli artigiani: dalla civitas al comitatus

Gli studi rivolti al lavoro artigianale nel medioevo e, in particolare, alla comprensione dell'importanza istituzionale, nonché economica e sociale, che le differenti classi artigianali hanno rivestito a Bologna nel corso del pieno e tardo medioevo, sono stati molteplici e differenziati nel loro approccio.

Uno specifico ambito di ricerca si è interessato alla "topografia" che caratterizza la distribuzione delle società di artigiani più rilevanti all'interno della città; le questioni intorno alle quali si è sviluppata tale problematica si sono soffermate sulla presenza o meno di nuclei compatti di domicilia, botteghe e luoghi di riunione; nel caso in cui si individuasse tale presenza, ci si chiedeva in che modo e tramite quali strumenti fosse possibile averne la percezione e giustificare l'attendibilità di una ricostruzione topografica nella localizzazione di questi nuclei.

La presenza di ciò che poteva essere suggerito dall'analisi toponomastica centrata sulle vie cittadine è stata più approfonditamente e compiutamente esaminata sulla base del confronto tra le matricole delle società d'armi e di arti e i dati sistematici desunti dagli estimi cittadini¹. A questa necessaria ed attenta analisi si lega indissolubilmente la considerazione dell'organizzazione istituzionale, della pregnanza economica e politica degli artigiani entro il contesto urbano.

Partendo da tali questioni e allargando lo sguardo ad un più ampio ambito di ricerca, risulta naturale chiedersi se e come questi stessi artigiani operasse-

¹ A.I. PINI, *La ripartizione topografica degli artigiani a Bologna nel 1294: un esempio di demografia sociale*, in Id., *Città medievali e demografia storica. Bologna, Romagna, Italia (secc. XIII-XV)*, Bologna 1996, pp. 149-178. D. DEGRASSI, *L'economia artigiana nell'Italia medievale*, Roma 1996, pp. 170-177. A.I. PINI, R. GRECI, *Una fonte per la demografia storica medievale: le «venticinquine» bolognesi (1247-1404)*, in "Rassegna degli Archivi di Stato", XXVI (1976), n. 2, pp. 337-417.

ro al di fuori della città; e, di converso, se e come artigiani presenti in ambienti extra-urbani, quindi nel contado, si rapportassero alle società d'arti della città. È interessante confrontare e comprendere le differenti realtà in cui questi lavoratori operavano e come l'ambiente urbano da una parte e quello rurale dall'altra contribuivano a precisare il ruolo sociale ed istituzionale degli artigiani stessi.

Lo studio delle attività artigianali presenti in età medievale nel contado è certamente argomento poco esplorato, almeno per quanto concerne il panorama bolognese. Informazioni, spunti di riflessione, casuali accenni a questo tema sono presenti in alcuni studi del passato, tuttavia non si conoscono ricerche sistematiche che ad esso facciano riferimento².

La consistente tradizione di studi dedicati alla storia agraria ha consentito una maggiore conoscenza del contado e della sua evoluzione nel corso del medioevo. Tuttavia un ulteriore sviluppo di tali analisi consiste nell'approfondire la problematica legata al territorio, in particolare esaminando il rapporto dialettico tra città e campagna, dall'età precomunale a quella signorile; in questo senso, anche il lavoro artigiano può offrire alcune risposte, nel caso in cui sia indagato considerando la relazione tra la dimensione della *civitas* e quella del *comitatus*³.

Nel corso dei secoli XII-XIII, si verifica una generalizzata ricomposizione tra città e territorio, almeno per quanto riguarda le città dell'Italia centro-settentrionale, determinata dall'instaurazione di nuovi rapporti economici tra queste due realtà, indissolubilmente interdipendenti tra loro. Bologna, in particolare, durante l'alto medioevo non aveva svolto una funzione centralizzatrice nei confronti delle strutture territoriali, risultando sostanzialmente "una città senza contado", situazione che si capovolge progressivamente nel corso dell'età comunale⁴.

Grazie, soprattutto, alla sistematizzazione compiuta dalle magistrature cittadine, sulla base di quanto si può ricostruire dalle fonti relative a noi pervenute,

² A. PALMIERI, *Degli antichi comuni rurali ed in ispecie di quelli dell'Appennino bolognese. Documenti in Appendice*, in "Atti e Memorie della Deputazione di storia patria per le province di Romagna", s. III, XVI (1897-98), pp. 238-327. Id., *Gli antichi Vicariati dell'Appennino bolognese e la costituzione amministrativa moderna*, in "Atti e Memorie della Deputazione di storia patria per le province di Romagna", s. III, XX (1901-02), pp. 341-425.

